

EKSAMEN I LAT2403 Romerske historieskrivere HØST 2017

Oppgaven består av 2 sider.

Tirsdag 12. desember (4 timer) **Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

Oppgave 1. Oversettelse

Oversett til norsk følgende tekst fra *Bellum Catilinae* kap. 52:

[2] "Longe mihi alia mens est, patres conscripti, cum res atque pericula nostra considero et cum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. [3] Illi mihi disseruisse videntur de poena eorum qui patriae, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere; res autem monet cavere ab illis magis quam quid in illos statuamus consultare. [4] Nam cetera maleficia tum persequare ubi facta sunt; hoc nisi provideris ne accidat, ubi evenit, frustra iudicia inplores: capta urbe nihil fit reliqui victis. [5] Sed, per deos immortalis, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vostras pluris quam rem publicam fecistis: si ista, cuiuscumque modi sunt, quae amplexamini, retinere, si voluptatibus vostris otium praebere voltis, expergiscimini aliquando et capessite rem publicam. [6] Non agitur de vectigalibus neque de sociorum iniuriis; libertas et anima nostra in dubio est. [7] Saepe numero, patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci; saepe de luxuria atque avaritia nostrorum civium questus sum, multosque mortalis ea causa advorsos habeo. [8] Qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini malefacta condonabam. [9] Sed ea tametsi vos parvi pendebatis, tamen res publica firma erat: opulentia negligentiam tolerabat. [10] Nunc vero non id agitur bonisne an malis moribus vivamus, neque quantum aut quam magnificentum imperium populi Romani sit, sed haec, cuiuscumque modi videntur, nostra an nobiscum una hostium futura sint.



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

Oppgave 2. Språklig og stilistisk kommentar

- a) Nevn noen typiske trekk ved Sallusts språk som avviker fra klassisk latin slik vi kjenner den. Inkluder eksempler fra utdraget.
- b) Hvordan bruker Sallust retoriske virkemidler i sin fremstilling av historien? Inkluder eksempler fra utdraget.

Oppgave 3. Tekstforståelse

- a) Hvem snakker i utdraget? Plasser utdraget i sin umiddelbare kontekst og verket som helhet - inkludert den historiske bakgrunnen for utdraget.
- b) Beskriv Sallusts historiske prosjekt og plasser Catilinas sammensvergelse og utdraget i dette. Pek på viktige nøkkelord i utdraget.
- c) Hvordan bruker Sallust taler i sin fremstilling? Bruk gjerne eksempler fra flere av talene.